



**Corpus Juris Canonici, Per Regulas Naturali Ordine
Digestas, Usuque Temperatas, Ex Eodem Jure, Et
Conciliis, Patribus, Atque Aliunde Desumptas, Expositi**

Opus, Tum In Rebus Obscuris Claritate, Tum Dispersis Collectione ac
delectu, in contrariis conciliatione, eximium, simulque Indicibus ac
Præfationibus, Notisque quamplurimis & exquisitis illustratum, ; In Tres
Tomos divisum

Complectens Prolegomena Ad Jus Canonicum In Se Et Universim
Consideratum

Gibert, Jean-Pierre

Coloniæ Allobrogum, 1735

Quæst. II. Num Privilegia, prout ad bonum Reipublicæ regimen necessaria,
favorabilia sint? Si verò favorabilia, malè fit, ut strictè sunt interpretanda?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74413)

P A R S I I I.

Continens prætermiffa in duabus præcedentibus, nempe Quæftiones varias circa Privilegia, necnon & Regulas circa Exemptiones Regularium tam in Spiritualibus, quam in Temporalibus.

Extant non pauca in Tractatu de Privilegiis, quæ vel obiter dicta, vel primis labris vix delibata, vel non discuffa, ut par est, fufius nunc explicanda accuratiùsque tractanda funt.

Extant quoque alia, quæ omninò prætermiffa funt: Ne manco idcirco remanente Tractatu, totus, qui ex illo expectandus est, non capiatur fructus; Quæ defunt supplere non piget, idque tum Quæftionibus, tum Regulis, tum Observationibus, prout rerum addendarum natura postulat.

Per Quæftiones tractabuntur quæ Dubia occurrunt, adductâ statim dubitandi causâ, quam decidendi Rationes fequequentur, cum Objectionum solutionibus; Regulæ continebunt, quæ certa videntur: in illis textetur Historia Exemptionum, quoad Textus Juris fubministrare poterunt, ideòque in illis ordo Temporis exactè fevabitur.

Prima omnium hoc modo difcuffarum erit Exemptio à Vifitatione, circa quam quidquid de illâ habetur in *Corpore Juris* & in *Concilio Tridentino* elucidabitur: hinc ad Exemptionem circa Temporalia transitus fiet, eaque figillatim & generatim explicabitur; eodem planè modo ageretur de Exemptione in Spiritualibus: in utrâque præcipua cura erit de iis, quæ Regulares fepectant.

Observationes adhibebuntur tam in Quæftionibus, quam in Regulis; perpauca erunt eaque duntaxat hoc modo exponuntur, quæ nec Quæftionibus, nec Regulis explicari poterunt, illis exceptis, quæ ad intelligentiam Quæftionum, illarumque Decisionum, vel Objectionum solutionem, vel Regularum expositionem neceffaria funt, nec non Præparatoriis ad Distributionem vel Dispositionem rerum tractandarum, feù illarum Divisionem. In Quæftionibus ordo rerum, ut plurimum, fevabitur, ut invicem fe fe dilucident; Alia funt principales, Alia ac efforia vel incidentes: Ifta in Quæftionibus fimili ordine digerendas fubdividentur: In utraque Quæftionum, quæ apud Gallos peculiaris funt, examinabuntur.

S E C T I O I.

Continens Quæftiones XXII. fufe tractatas, debitoque ordine difpofitas.

Q U A E S T I O I.

An de Privilegiis fanè dici queat, illa ad Jus Commune pertinere?

Quærendi causa: Infinita propemodùm vigent Privilegia, quæ Juri Communi contraria funt: inter alia, talia funt fe re omnia, quæ ex Corpore Juris collecta funt: talia etiam funt quæcunque ab Ordinaria Jurisdictione Clericorum, tam Regularium, quam Sæcularium Exemptiones, fivè feorfim, fivè conjunctim fumantur; talia quoque Epifcoporum funt vel Archiepifcoporum, qui Jurisdictioni proximi Superioris fubtracti; talia funt præterea, quibus Laici Clericalium Jurium fivè Muniorum participes funt, quorumque præcipua quibus Laicis præfentandi ad Beneficia, vel illa conferendi, vel Decimas percipiendi facultas conceditur.

Propofita Quæftioni *Respondetur*, ex æquivocatione

totam pendere, quâ fublata, ceffat Quærendi causa. Jus Commune duobus modis fumitur.

1. Pro Lege, quæ majori faltem Reipublica Parti communis est; 2. Pro Legum omnium Generalium ad Rempublicam regendam requifitarum Collectione. Si priori fenfu fumatur Jus Commune, non fanè dicitur Privilegium ad Jus Commune pertinere. Si verò altero fenfu accipiatur, id rectiffimè dicitur; Privilegia enim funt Gratia, Indulgentia, Remunerations, fine quibus non benè administratur Reipublica, ideòque ut ab Bonum Commune, ita ad Jus Commune pertinent: verùm ad vitandam æquivocationem à prædictâ locutione fimilibusque abftinendum est.

Nec *Obstat*, quòd Jus Commune fit velut Regula, Privilegium verò quafi hujus Regulæ Exceptio, Exceptio autem Regulæ contraria non fit. Nam quando dicitur, Exceptionem non adverfari Regulæ, fenfus est, quòd illam non defruat: fed non negatur rem, quæ in Exceptione conftituitur, rei conftituta in Regulâ oppofitam esse: vel dici potest, Exceptionem non esse Regulæ contrariam, quoad finem, cum utriufque finis fit Communis Utilitas, fed quoad effectum adverfari, in eo, quòd Exceptio permittit vel prohibet, quòd Regula vetat vel permittit.

Q U A E S T I O I I.

Nam Privilegia, prout ab bonum Reipublica Regimen neceffaria, favorabilia funt? Si verò favorabilia, undè fit, ut ftrictè funt interpretanda?

Respondetur, extra dubium esse, Privilegia eo modo considerata valde favorabilia esse, cum evidens fit, eodem quo publicum bonum favore, ideòque maximo, profequenda esse; id tamen nullatenus impedire, quin Privilegia ftrictè interpretanda funt, quamvis Favores conveniat ampliari. Cujus rei duplex est causa; Prior; Plurima funt Privilegia, quæ quantum profunt, quibus conceduntur, tantum aliis nocent; qualia funt, quibus cuidam Hominum generi dantur, quæ alii Jure Communi debentur, ut Decimæ Parochis debita, & Monachis conceffa. Posterior; Præfumentum Privilegii Autorem, alios, quam quos expreffit in illo comprehensos noluisse, cum verò fimillimum, fit quòd alios expreffiffet, fi ad alios trahi voluiffet; quid enim funt Privilegia nifi permiffura Legis Derogationes ab illius Conditorum, iustoque Boni Publici Judice ac Vindice? Credendum ergò integram fevare voluiffe Legem, quoad ea, in quibus Privilegia illi expreffè non derogant, atque ad id ex eo motum esse, quòd extra Cafus expreffos, contrariam Publicæ Utilitati exiftimavit derogationem.

Q U A E S T I O I I I.

Nam propter privatam alicujus utilitatem concedi poffit Privilegium?

Quærendi causa: Privata Lex dicitur Privilegium; undè ficut Lex Publica, Utilitati Publicæ confulere debet, ita & Lex Privata, Privata Utilitati.

Respondetur, quòd quoties Privata Utilitas cum Publica concurrat, propter privatam utilitatem concedi potest Privilegium, fed in illo concedendo Publica Utilitas præcipuè infpicienda est; Quibus fulcitur hæc Refponfio, Canones accuratè collectos habes in *Tractatu de Vicario Generali, Titulo de Dispensatione*. Præterea S. Leo inftinuat, propter communem utilitatem, Privilegia concedi, dum afferens causam, propter quam Ecclefiarum Privilegiis non vult derogare, ait, quòd ad *feum venderet reatum, fi foret major apud fe Fratris unius voluntas, quam Univerfa Donus Domini Communis Utilitas*. C. 2. CAUS. XXV. QUÆST. II. *junctâ Correctione Romanâ*. Idem inftinuat GREGORIUS. C. 9. CAUS. XXV. QUÆST. III.

Q U A E S T I O I V.

An in Corpore Juris Privilegiorum caufe aliqua fpecialim exprimentur? & Quæ funt?

Respondetur, caufas hujusmodi in Jure plures exprimi, fed non alias legi, quam iftas.

Primo.